Et in templo erit abhominatio deso
lationis. & usque consummationem & fi
X,1 nem perseuerauit desolatio. Anno ter
tio cyri regis persarum uerbum reuelatum
est danieli cognomento baltessar.
Et uerum uerbum & fortitudo magna.
Intellexitque sermonem intellegentia
est enim opus in uisione. In diebus
illis ego danihel lugebam trium ebdo
madarum dierum. panem desiderabilem
non comedi & caro & uinum non introi
erunt in os meum sed neque unguento
unctus sum. donec conplerentur
trium ebdomadarum dierum. Die autem ui
cesima & quarta mensis primi.
Eram iuxta fluuium magnum qui est
tygris. Et leuaui oculos meos & uidi
& ecce uir unus uestitus lineis & re
nes eius accincti auro obrizo. Et cor
pus eius quasi chrysolitus & facies eius ue
lut facies fulguris. Et oculi eius ut lampas
ardens. Et brachia eius & quae deorsum
usque ad pedes quasi species aeris can
dentis. Et uox sermonum eius ut uox mul
titudinis. Uidi autem ego danihel solus
uisionem. Porro uiri qui erant mecum
non uiderunt. Sed terror nimius in
ruit super eos & fugerunt in absconditum.
Ego autem relictus solus uidi uisionem
grandem hanc & non remansit in me
fortitudo. Sed & species mea inmu
tata est in me & emarcui nec habui
quicquam uirium. Et audiui uocem ser
monum eius & audiens iacebam conster

natus super faciem meam. & uultus
meus haerebat terrae. Et ecce manus
tetigit me & erexit me super
genua mea & super articulos ma
nuum mearum. Et dixit ad me dani
hel uir desideriorum tu es. Intellege
uerba quae ego loquor ad te. &
sta in gradu tuo. nunc enim sum missus
sum ad te. Cumque dixisset mihi ser
monem istum steti tremens. Et ait
ad me noli metuere danihel quia
ex die primo quo posuisti cor tuum
ad intellegendum ut te adfligeres
in conspectu dei tui. Exaudita
sunt uerba tua & ego ueni propter
sermones tuos. Princeps autem re
gni persarum restitit mihi xx & uno diebus.
Et ecce michahel unus de principibus
primis uenit in adiutorium meum.
Et ego remansi ibi iuxta regem
persarum. Ueni autem ut docerem te quae
uentura sunt populo tuo in no
uissimis diebus quoniam adhuc uisionem
in dies. Cumque loqueretur mihi hu
iuscemodi uerbis deieci uultum
meum ad terram & tacui. Et ecce quasi
similitudo filii hominis tetigit la
bia mea. Et aperiens os meum locu
tus sum. & dixi ad eum qui stabat
contra me. Domine mi in uisione
dissolutae sunt conpages meae & ni
hil in me remansit uirium. & quo X,17
modo poterit seruus domini mei loqui
cum domino meo. nihil [illegible] in me re

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29265(7, 16v – Old Testament
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-whvz/10120/73696)